# RECTOR & PROFESSORES P.
# ILLUSTRIS SCHOLÆ BREMENSIS
# LECTORI S.

Ingemiſcentis flebiliter, mœſtúmque perpetuò ſonantis TURTURIS EMBLEMA, ab his qui actionibus fatiſque hominum, ſub figuris animalium repræſentandis, non injucundam neque inutilem operam impendunt, adhiberi non ineleganter ſolet, ad conjugalis amoris, etiam poſt fata perpetuitatem atque conſtantiam, velut in vivâ imagine delineandam. Id quod tradiderunt veteres de columbâ, quod ſequentes dein ſcriptores ſigillatim ad turturem transtulerunt; avem hanc caſtitatis leges vivo compare non ſolùm exactiſſimè obſervare, ſed & illo orbatam nunquam ſe alteri poſtliminiò jungere. [illegible] ait THEODORETUS cap. I. in *Cantic.* [illegible] *Turturem dicunt, qui animalium naturam conſcripſerunt, non tantùm ſolitudinis amantem eſſe, ſed & caſtam: & marem quidem uni fœminæ jungi, fœminam autem cum uno mare communionem habere, neutrum verò poſt alterius mortem, ſe iterum cum alio aliove conjungi ſinere.* Plura aliorum Patrum de eadem re loca, magno agmine adduxit [illegible] BOCHARTUS *Hieroz.* P. II. Lib. I. cap. V. Quin imò addunt nonnulli, ſic turturem viduitatis ſuæ tempus ad mortem usque querulâ voce, & quidem in ſterili ramo ſuſpirantem gementémque tranſigere. Quod eleganter his verſibus complectitur Illuſtris quondam Lycei noſtri Rector NATHAN CHYTRÆUS *Faſt. Eccleſ. Chriſt.* Lib. II. p. 81. *ſimul accidit alter, Non genere aëria viduus deſiſtit ab ulmo, Implens flebilibus latè nemus omne querelis. Non illum novus urit amor: memor ille prioris Conjugii, ſolus ſuperantes exigit annos, Solus & in ſterili exſpectat ſua funera ramo.* Et breviter M. CASIMIR. SARBIEVIUS *Lyric. Lib. IV. Od. XXI. Sic dum ſe viduus ſolatur carmine turtur.* Non inquirimus nunc operoſè, utrum hæc per omnia ſe ita habeant, multò minus moramur illos Patres, qui in his argumentum ad commendandam monogamiam quæſiverunt. Omnem id eſt ex præjudiciis, quæ jam maturè in Eccleſiam irrepere incipiebant, ac ſi major cœlibatûs aut monogamiæ præ conjugio, & illo inprimis iterato, eſſet ſanctitas, cùm tamen Deus ipſe conjugii ad ſanctiſſimos fines Auctor, id ad nullas vices reſtrinxerit, & Paulus diſertè teſtetur, *mulierem, quæ viro marito lege devincta erat, eodem demortuo liberam eſſe, licitûque alteri nubere poſſe,* Rom. VII. 2. 3. Interim, uti piæ mentes non ineleganter variis de cauſis turturibus comparari poſſunt, & cum eo eccleſiâ in ſacris ſub hoc emblemate plus ſemel proponuntur, Jerem. VIII. 7. coll. Pſalm. LXXIV. 19. & Cant. II. 12. ita, quæ de hoc avium genere tradi monuimus, in illis verè locum habere poſſunt. Sufficientes enim rationes eſſe queunt, quibus, ubi Deus prius conjugii vinculum rupit, inductæ, in hoc ſtatu permanere optent, præcipuè, ut mundanis curis atque negotiis magis ſolutæ, eò liberiùs Deo poſſint inſervire. Neque magnopere mirum eſt, ſi & in hoc ſtatu, fidi amoréque digni Conjugis memoriam, non ſine gemitu & ſuſpiriis, licèt absque impatientiâ & obmurmuratione, imò cum plenâ animi ſub ſupremi Domini ſui arbitrium ſubmiſſione, recolant. Inprimis, cùm & non deſint plures cauſæ, quæ illas in hoc tabernaculo gravatas, cum his qui Spiritûs primitias acceperunt, imò cum univerſâ creaturâ ſuſpirare, & libertatem filiorum Dei intenſiſſimo deſiderio anhelare jubeant. 2 Cor. V. 2. coll. Rom. VIII. 21. ſeqq. Non injucunda quoque ſunt aliorum cogitata, qui in hoc emblemate ſibi imaginem invenire videntur animæ, Chriſto tanquam uni viro, caſtiſſimo amore deditæ, & poſt ejus maximè mortem, quo tenerrimi amoris ſui certiſſima documenta dedit, eidem unicè & conſtantiſſimè adhærentis, flebilibúsque ſuſpiriis ad ejus communionem ſemet exſerentis. Eò tendebat THEODORETUS loco adducto pergens: [illegible] *Rectè igitur illi* (turturi) *ſimilem dixit Eccleſiam Chriſto conjunctam, aliorum conſuetudinem fugientem, neque poſt mortem ejus, deſerere ipſum ſuſtinentem, ſed exſpectantem reſurrectionem, præſtolantémque ſecundum ejus adventum.* Hæc non alieno tempore aut præter rem à nobis allata eſſe, facilè agnoſcet, qui, cui tabulam hanc ſuſpendamus, propius perpendet. Ea certè, quam hactenus delineavimus, imaginis, vivum quaſi inſtar, ſi quæ alia, exhibuit *Nobiliſſima, omnique fœminei ſexûs laude luculenter exornata Vidua,* cui hodiè juſta funebria perſolvenda ſunt, GESA MARGARETA RHODIA, nata de HASE. Cœperat illa hic Bremæ primùm vitales auras trahere A. MDCCXV. a. d. 10. Mart. honeſtiſſimo loco edita. *Pater* enim illi obtigit Vir *Summè Venerandus, Eruditiſſimus longéque Celeberrimus* THEODORUS de HASE, *SS. Th. D. & in Ill. Lyceo noſtro Prof. P. O. Verbi divini ad ædem Div. Virg. Miniſter facundiſſimus, Academiæ regiæ Scient. quæ Berolini floret, membrum digniſſimum, noſtrique quondam ordinis non ſolùm, ſed & totius litterati orbis, immortale decus.* *Mater Nobiliſſima & nullis non dotibus conſpicua Matrona* GESA MARGARETA LÖNINGIA. *Paterno ſtemmati,* non minus decus addit, *Avus,* Vir *maximè Reverendus, Eruditiſſimus* atque *Clariſſimus,* CORNELIUS de HASE, *SS. Th. Doct. & Prof. P. O. Ill. Lycei ad aliquot annos Rector Magnificus, Facultat. Theol. æquè ac totius S. Vener. Miniſterii Senior, Paræciæ primùm Martinianæ dein Marianæ Paſt. Primarius.* *Avia,* T. T. SARA WOLTERA, T. T. LAURENTII WOLTERI, Mercatoris hic loci florentiſſimi, & T. T. ANNÆ GRONDIÆ, filia. *Proavus* T. T. JOHANNES DANIEL de HASE, Negotiator Francofurti ad Mœnum celebratiſſimus cœtûsque Bockenheimenſis Reformati presbyter. *Proavia,* T. T. SUSANNA DE BOMMERT, ex T. T. SEGERI DE BOMMERT & SARÆ GOMARÆ, celebratiſſimâ *Wachtmannorum* atque *Gomarorum* gente oriundæ. *Maternum genus* ornat, *Avus, Vir Nobiliſſimus* atque *Ampliſſimus* ALBERTUS LÖNING, Magnarius ex præcipuis, urbisque noſtræ Senator meritiſſimus. *Avia, Nobiliſſima & præſtantiſſimi exempli Matrona* GESA CÖPERA. *Proavus,* T. T. JASPAR LÖNING, Mercator honeſtiſſimi nominis. *Proavia,* T. T. WUNIGUNDA BERENSIA. Ad ſplendidos hosce natales, cùm accederet ſollicita educatio, quâ omnibus ſexûs ſui decoribus inſtruebatur, facilè advertebat animum *Viri plurimùm Venerandi* atque *Eruditiſſimi,* GEORGII LUDOVICI RHODII, SS. Th. Doct. & ad D. Remberti Paſtoris *fideliſſimi, deſideratiſſimi,* in cujus torum, nuptiis A. MDCCXXXVI. a. d. 2. Octobr. celebratis, tranſiit. Nullâ quidem prole ditarum hoc conjugium, at blandiſſimâ animorum conjunctione exoptatiſſimum fuit, neque illi ad felicitatem defuit, niſi quòd exiguæ admodum durationis eſſet, cùm dilectiſſimus Conjux illi, nondum exacto tertio anno, jam XIX. Aprilis A. MDCCXXXIX. morte eriperetur. Ferebat quidem hanc jacturam chriſtianâ patientiâ, animóque Dei vias piè devenerante, ſed cariſſimi conjugis memoriam ſimul menti tam altè infixam gerebat, ut, quod reliquum erat temporis, ſemet frequentiori hominum conſortio ferè ſubducens, in receſſu quietè tranſigere quæreret. Cúmque dudum ſemet, pietate minimè fucatâ, Deo fidiſſimóque Eccleſiæ ſuæ Sponſo conſecraſſet, quicquid reſtabat temporis, precibus pietatisque tam publicis quàm privatis exercitiis, unicè intenta, illi ſoli impendere ſtudebat. Tantò id ipſi facilius erat, quo magis ſemper animo à faſtu ævique illecebris alieniſſimo mundum contemplata fuerat. Quòd reliquum eſt, in totâ vitâ non tantùm ſingularem præ ſe ferebat candorem, ſed & animum fugiens charitatis proximi ſe pleniſſimum omniúmque chriſtianarum virtutum ſtudioſiſſimam, ipſo opere, demonſtrabat. Ad corporis ſtatum atque conditionem quod attinet, cum infirmiori valetudine jam per plures retrò annos conflictandum habuit. Tuſſi enim ſæpiſſimè infeſtabatur, quam haud rarò hæmoptyſis ex pulmonibus morbisque febriles comitabantur, quibus vigor viréſque pedetentim magis magisque adfligebantur. At ſollicitè obſervata diæta, exquiſitiſſimiſque adhibita remedia, cum placidiſſimæ mentis tranquillitate, eam ſemper virium reparationem eámque refocillationem dabant, ut, ſi Deo ita viſum fuiſſet, diuturnior vita ſperari potuiſſet. Verùm ante ſeſquiennium circiter, præter memorata pectoris incommoda febris primùm tertiana, dein quotidiana intermittens, eam invadebat. Et, licèt, præteritâ æſtate, illâ quoque non parum levata videretur, reſtitutionisque ſpes adfulgeret, eadem tamen ſub autumnum non ſolùm cum tuſſi recurrebat; ſed &, cùm utraque aliquandiu duraſſet, accedebat febris lenta continua, cúmque illâ crebri dolores pleuritici. Quæ omnia cùm nunquam iterum ceſſarent, ipſiſque tam neceſſariis nutrimentis, quàm nocturnâ quiete, non parum reficeretur, imminens quidem mortis periculum quoque minui videbatur, at eadem tamen eadem incommoda adeò ingraveſcebant, ut ulteriorem opem ars machaonia negaret, sicque reliquis etiam exiguis viribus abſumptis, eadem quarto labentis menſis die, circa horam matutinam, placidâ [illegible], animam fideliſſimo Servatori, cujus arctiorem communionem tamdiu támque fervidè anhelaverat, redderet, annos nata XXXII. cum 12. ſeptimanis & 2 diebus. Ducetur hodiè pompa funebris, ad componendas in æde D. Virginis mortales exuvias; cui rei hora I. pomerid. ex more deſtinata eſt. V. P. P. Bremæ a. d. VIII. Jun. A. MDCCXLVII.

1747. d 8bay Jun:

# RECTOR & P OFE
## ILLUSTRIS SCH Æ BR
## LECT RI S.

I ngemiſcentis flebiliter, mœſtúmque perpetuò
num, ſub figuris animalium repræſentandis, non injucundam neque
perpetuitatem atque conſtantiam, velut in vivâ imagine delineandam,
tulerunt; avem hanc caſtitatis leges vivo compare non ſolùm exa
THEODORETUS cap. I. in *Cantic.* οἱ τὰς φύσεις τῶν ζώων συγγεγρα
κοινωνοῦσαν, καὶ οὐδὲ μετὰ τὴν ἀποβίωσιν ἑτέρῳ ἢ ἑτέρᾳ συναφθῆναι ἀνεχομένη,
*& caſtum: & marem quidem uni fœminæ jungi, fœminam autem cum*
*nere.* Plura aliorum Patrum de eadem re loca, magno agmine adduxit ὁ πάνυ BOCHARTUS
usque querulâ voce, & quidem in ſterili ramo ſuſpirantem gementémque tranſigere. Quod
*Faſt. Eccleſ. Chriſt.* Lib. II. p. 81. *ſimul occidit alter, Non gemere aëria viduus deſiſtit ab ulmo,*
*ſolus ſuperantes exigit annos, Solus & in ſterili exſpectat ſua funera ramo.* Et breviter M. CA
rimus nunc operosè, utrum hæc per omnia ſe ita habeant, multò minus moramur illos Patr
diciis, quæ jam maturè in Eccleſiam irrepere incipiebant, ac ſi major cœlibatûs aut monoga
fines Auctor, id ad nullas vices reſtrinxerit, & Paulus diſertè teſtetur, *mulierem, quæ vivo ma*
terim, uti piæ mentes non ineleganter variis de cauſis turturibus comparari poſſunt, & cum
19. & Cant. II. 11. ita, quæ de hoc avium genere tradi monuimus, in illis verè locum habere p
ductæ, in hoc ſtatu permanere optent, præcipuè, ut mundanis curis atque negotiis magis ſolut
digni Conjugis memoriam, non ſine gemitu & ſuſpiriis, licèt abſque impatientiâ & obmurm
cùm & non deſint plures cauſæ, quæ illas in hoc tabernaculo gravatas, cum his qui Spiritûs pri
derio anhelare jubeant. 2 Cor. V. 2. coll. Rom. VIII. 21. ſeqq. Non injucunda quoque ſunt alio
viro, caſtiſſimo amore deditæ, & poſt ejus maximè mortem, quo tenerrimi amoris ſui certiſſi
nionem ſemet exſerentis. Eò tendebat THEODORETUS loco adducto pergens: Εἰκότως
μηδὲ μετὰ τὸν θάνατον αὐτοῦ καταλιπεῖν αὐτὸν ἀνεχομένη, ἀλλὰ ἀναμείνασαν τὴν ἀνάστασιν, καὶ ἀναμένουσαν
*conſuetudinem fugientem, neque poſt mortem ejus, deſerere ipſum ſuſtinentem, ſed exſpectantem*
nobis allata eſſe, facilè agnoſcet, qui, cui tabulam hanc ſuſpendamus, propius perpendet. E
*liſſima, omnique fœminei ſexûs laude luculenter exornata Vidua,* cui hodiè juſta funebria p
primùm vitales auras trahere A. MDCCXV. a. d. 10. Mart. honeſtiſſimo loco edita. *Pater*
HASE, *SS. Th. D. & in Ill. Lyceo noſtro Prof. P. O. Verbi divini ad ædem Div. Virg. Miniſt*
*dam ordinis non ſolùm, ſed & totius litterati orbis, immortale decus. Mater Nobiliſſima &*
non minus decus addit, *Avus*, Vir *maximè Reverendus, Eruditiſſimus* atque *Clariſſimus,* C
*ficus, Facultat. Theol. æquè ac totius S. Vener. Miniſterii Senior, Parœciæ primùm Martinian*
TERI, Mercatoris hîc loci florentiſſimi, & T. T. ANNÆ GRONDIÆ, filia. *Proavus* T. T.
que Bockenheimenſis Reformati presbyter. *Proavia,* T. T. SUSANNA DE BOMMERT,
que *Gomarorum* gente oriundæ. *Maternum genus* ornat, *Avus, Vir Nobiliſſimus* atque *Am*
*Avia, Nobiliſſima & præſtantiſſimi exempli Matrona* GESA CöPERA. *Proavus,* T. T. JASPA
Ad ſplendidos hoſce natales, cùm accederet ſollicita educatio, quâ omnibus ſexûs ſui decoribus
LUDOVICI RHODII, SS. Th. Doct. & ad D. Remberti Paſtoris *fidiſſimi, deſideratiſſimi,*
prole ditatum hoc conjugium, at blandiſſimâ animorum conjunctione exoptatiſſimum fuit,
mus Conjux illi, nondum exacto tertio anno, jam XIX. Aprilis A. MDCCXXXIX. morte
rante, ſed cariſſimi conjugis memoriam ſimul menti tam altè infixam gerebat, ut, quod
gere quæreret. Cúmque dudum ſemet, pietate minimè fucatâ, Deo fidiſſimóque Eccleſiæ
vatis exercitiis, unicè intenta, illi ſoli impendere ſtudebat. Tantò id ipſi facilius erat,
Quòd reliquum eſt, in totâ vitâ non tantùm ſingularem præ ſe ferebat candorem, ſed & a
ſimam. ipſo opere, demonſtrabat. Ad corporis ſtatum atque conditionem quod attinet, cu
infeſtabatur, quam haud raró hæmoptyſis ex pulmonibus motúſque febriles comitabantur,
exquiſitiſſimáque adhibita remedia, cum placidiſſimæ mentis tranquillitate, eam ſemper vi
ſperari potuiſſet. Verùm ante ſeſquiennium circiter, præter memorata pectoris incommoda
æſtate, illâ quoque non parum levata videretur, reſtitutioniſque ſpes adfulgeret, eadem
accedebat febris lenta continua, cúmque illâ crebri dolores pleuritici. Quæ omnia cùm
parum reficeretur, imminens quidem mortis periculum quoque minui videbatur, at tandem
ſicque reliquis etiam exiguis viribus abſumptis, eadem quarto labentis menſis die, circa
tamdiu támque fervidè anhelaverat, redderet, annos nata XXXII. cum 12. ſeptimanis & 2
cui rei hora I. pomerid. ex more deſtinata eſt. V. P. P. Bremæ a. d. VIII. Jun. A. CIↃIↃCC

# ROFESSORES P.
# LÆ BREMENSIS
# ORI *S.*

antis TURTURIS EMBLEMA, ab his qui actionibus fatíſque homi-
ilem operam impendunt, adhiberi non ineleganter ſolet, ad conjugalis amoris, etiam poſt fata
licet tradiderunt veteres de columbâ, quod ſequentes dein ſcriptores ſigillatim ad turturem trans-
è obſervare, ſed & illo orbatam nunquam ſe alteri poſtliminiò jungere. τὴν τρυγόνα φασὶν, ait
υ φιλέρημον εἶναι μόνον, ἀλλὰ καὶ σώφρονα, καὶ τόντε ἄῤῥενα μιᾷ θηλείᾳ συναπτόμενον, τὴν δὲ θήλειαν ἑνὶ ἄῤῥενι
*rturem dicunt, qui animalium naturam conſcripſerunt, non tantùm ſolitudinis amantem eſſe, ſed*
*re communionem habere, neutrum verò poſt alterius mortem, ſe iterum cum alio aliáve conjungi ſi-*
*oz.* P. II. Lib. I. cap. V. Quin imò addunt nonnulli, ſic turturem viduitatis ſuæ tempus ad mortem
ater his verſibus complectitur Illuſtris quondam Lycei noſtri Rector NATHAN CHYTRÆUS
*ıs flebilibus latè nemus omne querelis. Non illum novus urit amor: memor ille prioris Conjugii,*
IR. SARBIEVIUS *Lyric. Lib.* IV. *Od.* XXI. *Sic dum ſe viduo ſolatur carmine turtur.* Non inqui-
ui in his argumentum ad commendandam monogamiam quæſiverunt. Ortum id eſt ex præju-
ræ conjugio, & illo inprimis iterato, eſſet ſanctitas, cùm tamen Deus ipſe conjugii ad ſanctiſſimos
*lege devincta erat, eodem demortuo liberam eſſe, licitóque alteri nubere poſſe,* Rom. VII. 2. 3. In-
ecclesiâ in ſacris ſub hoc emblemate plus ſemel proponuntur, Jerem. VIII. 7. coll. Pſalm. LXXIV.
nt. Sufficientes enim rationes eſſe queunt, quibus, ubi Deus prius conjugii vinculum rupit, in-
intò liberiùs Deo poſſint inſervire. Neque magnopere mirum eſt, ſi & in hoc ſtatu, fidi amoréque
one, imò cum plenâ animi ſub ſupremi Domini ſui arbitrium ſubmiſſione, recolant. Inprimis,
s acceperunt, imò cum universâ creaturâ ſuſpirare, & libertatem filiorum Dei intenſiſſimo deſi-
cogitata, qui in hoc emblemate ſibi imaginem invenire videntur animæ, Chriſto tanquam uni
ocumenta dedit, eidem unicè & conſtantiſſimè adhærentis, flebilibúsque ſuſpiriis ad ejus commu-
ύτῃ ἐοικέναι τὴν ἐκκλησίαν φησὶ τὴν τῷ Χριστῷ συναφθεῖσαν, καὶ τὰς τῶν ἄλλων κοινωνίας διαφυγοῦσαν, καὶ
τὴν δευτέραν παρουσίαν. *Rectè igitur illi* (turturi) *ſimilem dixit Eccleſiam Chriſto conjunctam, aliorum*
*rectionem, præſtolantémque ſecundum ejus adventum.* Hæc non alieno tempore aut præter rem à
ertè, quam hactenus delineavimus, imaginis, vivum quaſi inſtar, ſi quæ alia, exhibuit *Nobi-*
lvenda ſunt, GESA MARGARETA RHODIA, nata de HASE. Cœperat illa hîc Bremæ
m illi obtigit Vir *Summè Venerandus, Eruditiſſimus longéque Celeberrimus* THEODORUS de
*acundiſſimus, Academiæ regiæ Scient. quæ Berolini floret, membrum digniſſimum, noſtríque quon-*
*llis non dotibus conſpicua Matrona* GESA MARGARETA LöNINGIA. *Paterno ſtemmati,*
NELIUS de HASE, *SS. Th. Doct. & Prof. P. O. Ill. Lycei ad aliquot annos Rector Magni-*
*in Marianæ Paſt. Primarius. Avia,* T. T. SARA WOLTERA, T. T. LAURENTII WOL-
OHANNES DANIEL de HASE, Negotiator Francofurti ad Mœnum celebratiſſimus cœtús-
T. T. SEGERI DE BOMMERT & SARÆ GOMARÆ, celebratiſſimâ *Wachtmannorum* at-
*mus* ALBERTUS LöNING, Magnarius ex præcipuis, urbisque noſtræ Senator meritiſſimus.
LöNING, Mercator honeſtiſſimi nominis. *Proavia,* T. T. WUNIGUNDA BERENSIA.
nutriebatur, facilè advertebat animum *Viri plurimùm Venerandi* atque *Eruditiſſimi,* GEORGII
cujus torum, nuptiis A. MDCCXXXVI. a. d. 2. Octobr. celebratis, tranſiit. Nullâ quidem
ilque illi ad felicitatem defuit, niſi quòd exiguæ admodum durationis eſſet, cùm dilectiſſi-
retur. Ferebat quidem hanc jacturam chriſtianâ patientiâ, animóque Dei vias piè devene-
bat temporis, ſemet frequentiori hominum conſortio ferè ſubducens, in ſeceſſu quietè tranſi-
arito conſecraſſet, quicquid reſtabat temporis, precibus pietatíſque tam publicis quàm pri-
uò magis ſemper animo à faſtu ævíque illecebris alieniſſimo mundum contemplata fuerat.
tiam fugiens charitatis proximi ſe pleniſſimam omniúmque chriſtianarum virtutum ſtudioſiſ-
nfirmiori valetudine jam per plures retrò annos conflictandum habuit. Tuſſi enim ſæpiſſimè
que vigor viréſque pedetentim magis magíſque adfligebantur. At ſollicitè obſervata diæta,
n reparationem eámque refocillationem dabant, ut, ſi Deo ita viſum fuiſſet, diuturnior vita
febris primum tertiana, dein quotidiana intermittens, eam invadebat. Et, licèt, præteritâ
n ſub autumnum non ſolùm cum tuſſi recurrebat; ſed &, cùm utraque aliquandiu duraſſet,
nunquam iterum ceſſarent, ipſáque tam neceſſariis nutrimentis, quàm nocturnâ quiete, non
amen eadem incommoda adeò ingraveſcebant, ut ulteriorem opem ars machaonia negaret,
n matutinam, placidâ ἀναλύσει, animam fidiſſimo Servatori, cujus arctiorem communionem
bus. Ducetur hodiè pompa funebris, ad componendas in æde D. Virginis mortales exuvias;
VII.